D. O. M. A.

DISPVTATIO
De
SVBSTITVTIONIBVS:

Quam

In inclytâ Academiâ Lipsiensi

Sub præsidio


M. ANDREAE Klessen Halberstad.


Selectissimis, Doctissimis Dominis Collegis suis eventilandam proponit

CHRISTOPHORUS RICCERUS

Ostricio Lusatius.

Habebitur Disputatio 27. Januarij horis & loco consuetis.





HALÆ SAXONUM

Ex officina Chalcographica Christophori Bismarci,

Anno 1613.



Nobilissimo, Strenuo, & tùm bellicis, tùm togatis virtutibus Præstantissimo

Dn. ERNESTO à Sommerfeld in obern vnd nidern Belmeßdorff Hæreditario, laudatissimi Cœnobii Marienthaliensis, in rebus secularibus Præfecto dignissimo;

Nec non

Prudentissimo, multarum rerum usu peritissimo, & solertissimo

Dn. GEORGIO WAGNERO, ejusdem Cœnobii Secretario vigilantissimo.


Dominis Patronis, Mecænatibus, ac Fautoribus suis omni observantiæ cultu submisse ac devotè colendis,

Hasce Legalis studii primitias
In felix novi anni auspicium,
Fixæ gratitudinis monumentum
Et studiorum suorum testimonium

D. O. & C.

Christophorus Riccerus
Respondens.

DISPUTATIO
de
SUBSTITUTIONIBUS.

*Ommendatur hæc de Substitutionibus materia, per Jurium Interpretes, tùm à difficultate, tùm subtilitate, tùm utilitate. Sunt enim in ea*; inquit Jason super Rubr. ff. eod. *subtilitates sine numero: sed difficilitatem istam*, secundum eundem d. loco, *vincit utilitas, adeò, ut referat ibi, Raphaëlem Cumanum ex Baldo audivisse, quòd de ista materia consulendo ultra 15000. Ductaorum fuerit consecutus.* Schneidvv: ad pr. Institut. de vulg. substitut.

Commendatio hujus materia.

Thesis I.

Substitutio *(a)* habet originem à jure Gentium *(b)* formalia à jure Civili, *(c)* & est secundo gradu aut deinceps *(d)* vel unius heredis in locum plurium *(e)* vel plurium heredum in locum unius *(f)* primo gradu positi *(g)* & quidem vel simpliciter, vel reciprocè *(h)* &, aut tacitè, aut expreßè *(i)* facta institutio *(k)*.

Substitutionis descriptio generalis.

(a) *Substitutionis vocabulum in jure varios habet significatus, & ad varia accommodatur,* arg. l. 45. §. 13. de jure fisci. l. 4. in reb. dotal. l. 18. l. 69. de usufr. l. 22. de leg. 1. *Legatarijs etiam, item mortis causa donatarijs substitui potest*, l. 59. de legat. 2. l. 32. de legat. 3. l. 10. de mortis causa donation. *Et fideicommissariam voluntatem rectè quis substitutionem dixerit*, l. 41. §. 3. ff. de vulg. substit. l. 17. §. 1. & 2. ad Senatusconsult. Trebell. l. 6. §. 2. C de instit. & substit. Don. 6. Comm. 23. Diff. Vigl. ad §. 1. Instut. de pup. substit. *Sed nos tantummodò heredis substitutionem hic intelligimus.* (b) *Quatenus ortum rei ipsius consideramus, Substitutiones à jure Gentium sunt, quod vel maximè probatur ex Diogene Laërtio, qui testamenti Aristotelis in vita ejus formam refert: Puella si prius moreretur, quàm nuptui esset collocata, vel sine progenie deinceps, Nicanorem quendam substituit; quo quid*

 aper-

apertius, quid dilucidius? Diss. Daut. ad definit. substitut. n. 4. per l. 2. ff. de vulg. substit. & l. antepen. ff. eod. juncta l. 8. ff. de his qui sui vel alieni juris. Resp. vide apud Arumæum exerc. 8. th. 8. (c) *Quatenus verò nomina & solennitates sive formas substituendi spectamus, substitutiones à jure Civili sunt adinventæ.* vide Arumæum Exercit. 7. th. 4. Vigl. ad §. sed prædicta. Instit. de testam. ordin. Odd. in prælud. (d) *Testator potest plures heredum Ordines facere,* pr. Instit. de vulg. substit. l. 1. l. potest quis 36. ff. eod. *ut si ille heres non erit, ille heres esto, & deinceps in quantum velit testator substituere.* Borch. ad princ. Instit. d. t. *Ordo autem hic gradus non sine ratione appellatur.* Donel. d. c. 23. *Non verò ex numero personarum, nec ex scripturæ, sed successionis ordine, gradus sunt numerandi,* l. 2. §. 6. ff. de vulg. substitut. Treutl. vol. 2. disp. 11. th. 5. lit. b. (e) *hoc nempè modo, Titius & Sempronius heredes sunto; si Titius & Sempronius heredes non fuerint, tunc Cajus mihi heres esto,* §. 1. de Institution. vulg. Schneidvvinus & Borcholdus ibidem numero 1. (f) *veluti Titius heres esto, si Titius heres non erit, tùm Cajus & Sempronius heredes sunto,* d. §. 1. Instit. (g) l. ex facto. 43. §. Lucius Titius. ff. de vulg. substit. l. 1. in pr. ff. eod. Cajus 2. Instit. 4. *qui eam indè secundi heredis appellationem vocat,* & probatur per l. ab omnibus 104. §. cùm quidam 6. ff. de legat. 1. l. precib. 8. C. de impub. & ali. subst. l. Cicero 39. ff de pœn. Jacob. Gramerum discept. 12. th. 16. Duar. ad tit. d. vulg. cap. 1. Don. d. c. 23. ✝. 40. & 50. pag. 74. Gœdd. ad pr. l. 162. ff. de V. S. Charond. 2. verisl. 13. Chiflet. de substit. c. 4. Forcat. dial. 23. Alciat. 4. parerg. c. 6. Vult. 1. Jurisprud. 73. n. 93. (h) *Simplex substitutio dicitur, quando alius quispiam heredi substituitur: Reciproca vero substitutio nominatur, quando coheres coheredi substituitur.* §. 2. §. 3. Institut. de vulg. substit. l. 5. l. 24. ff. eod. l. 1. C. de impub. substit. Wesenb. Schn. & alii Interpp. ad tit. Instit. de vulg. substit. (i) *Tacitè hoc modò: Titius & Sejus heredes sunto, eosq; invicem substituo.* Duar. de substit. c. 24. *Dd. hanc speciem vulgò breviloquam vocant.* Don. 6. comm. 23. in fin. Duar. d. c. 24. Myns. ad §. Et plures, Institut. hujus tituli, num. 6. Schneidvv. ad

rubr.

rubr. tit. de vulg. substitut. *sed malè* secundum Treutlerum part. 2. disp. 11. th. 5. lit. f. Foman. disp. 16. th. 2. in fine. *Et in hac substitutione negatio expressè non resultat, sed inclusivè & tacitè subauditur.* Schneid. d. loco n. 9. *Expressa fit verbis negativis, & negationis verba in se continet expressa, ut cùm primò institutionem facio, veluti: Titius heres meus esto: & postea substitutionem per verba negativa subjungo: Si Titius heres non erit, Cajus heres esto.* Schneid. d. loco. *Adjungit adhuc aliam speciem*, Vult. 2. Jurispr. 23. num. 93. *quam partim tacitè, partim expressè fieri ait, hoc modo, Titius & Sejus heredes sunto, uter eorum supervixerit, sed tacitam esse probabilius videtur.* l. 24. & seq. de vulg. & pup. Treutlerus d. loco. Setlerus disp. 15. thesi 4. (k) *Hoc verum propriumq́; substitutionis genus esse probat*, l. 36. hîc. l. 29. de liber. & posth. l. 20. §. ulti. de cond. inst. pr. inst. de vulgar. substitutione, *licet interdum substitutio & institutio ut species contrariæ distinguantur*, Duarenus & Donell. dd. loc. Diff. vulgò Dd. *alij aliud substitutionis genus excogitantes*, Fumæus tract. de substitut. num. 4. *suppositionem*, Cujac. par. hîc *dationem fingunt*, Treutl. d. loco.

II.

Substitutionum quatuor præcipua sunt genera, nimirum substitutio vulgaris, substitutio pupillaris, substitutio quasi pupillaris, & substitutio compendiosa seu militaris. *Summa substitutionum distinctio.*

In corpore quidem nostro duo solummodò habentur priora substitutionum genera: Reliqua verò posteriora duo sunt ab Interpretibus juris excogitata. Sunt autem nonnulli, qui quintum & sextum adhuc genus, scilicet reciprocam & obliquam substitutionem addunt. Verùm nos cum illis facere haud possumus: in priori quidem genere eò, quòd reciproca substitutio nihil aliud sit, quàm qualitas

 qua-

quædam, & modus, qui omnibus substitutionum generibus applicari potest, & peculiarem proindè speciem non constituit: in posteriori verò propterea; quòd hæc substitutio nihil aliud sit quàm fideicommissum. Fideicommissaria verò propriè substitutio non sit: Is enim substitutus hic intelligitur, qui est substitutus heres. l.1. ff. de vulg. & pup. substit. *Fideicommissarius autem, cui ex causa fideicommissi restituitur hereditas, jure summo & directò non est heres, quia is, qui restituit, etiam restituta hereditate dicitur heres manere, propter Senatusconsultum Trebell. & Pegas.* §. restituta. 3. Instit. de fideicommiss. hered. *ut & fideicommissa à substitutionibus disertè distinguuntur,* l. tutores 40. §. heres. ff. de administ tut. l. recusare 6. §. Titius. ff. ad SC. Trebell. l. 1. ff. de vulg. substit. vide Arum. exercit. 8. th. 9. Diss. plerique *qui duas saltē species constituunt.* Duar. c. 2. de subst. Don. 6. c. 23 Mynſ. ad rubr. de vulg. substit. num. 5. Joh. Ferrar. in pract. form. lib. quo ag. ex subst. §. Coram. n. 2. Azo in sum. C. de impub. & al. substit. n. 1. & ibid. Sich. in rubr. Dissentit dissimiliter Gomez. 1. var. resol. 3. princ. qui sex species ponit.

III.

De substitutione vulgari.

Substitutio vulgaris est *(a)* secundi vel tertii heredis capacis (*b*) in locum cujuslibet de populo non adeuntis institutio (*c*) communibus & usitatis verbis facta (*d*) quæ in unum casum facta ad alterum extendi non debet (*e*).

(a) *Hæc definitio ex Etymologia vocabuli vulgaris est desumpta, & per proprietatem illam, quòd vulgaris dicitur à pupillari distinguitur. Dicitur autem hic modus substituendi vulgaris, quia quibuscunq; heredibus institutis, tàm puberibus, quàm impuberibus eo substitui potest, cùm pupillaris fiat non nisi pupillis & quidem liberis proprijs: Quasi verò pupillaris (seu ut à quibusdam appellatur Exemplaris) fiat tantùm mente captis & furiosis, ut infrà videbimus.* (b) *Et fit tàm liberis nostris,* arg. pr. inst. de pup. *quàm extraneis,* tot. tit. inst. de vulg. *imò & servis,* l. 41. de her. instit. *Requiritur au-*

tur autem, ut substitutus sit capax & legitimè in testamento heredibus institutis succedat, quia codicillis directè substituere nemo potest. §.2.Inst.de codicil.l.17. C.eod.l.13. in fin.eod. *Contrarium nihilominùs benignè receptum, ut substitutio directa in Codicillis peracta habeatur pro fideicommisso.* l.76.ad Trebell.l.hereditatem. 2. & l. ult. C.de codic.Vigl.in pr.inst.de vulg.n.3.& seqq.Gl.& Borch.in fin.pr.d.t. (c) *Cùm sæpenumerò fit, ut institutus heres hereditatem adire recuset, leges, ut suprà diximus, invenerunt modum, quo in heredis locum alium heredem, in casum, quo heredes non erunt, constituerent,* in pr.inst.de vulg.subst. Baro in Inst.fol.150. Conan. lib.10.c.7. num.1. *Requiritur ergò ad id, ut substitutio subsistat à primo instituto hereditas non adita sit.. Sed filiusfamiliâs heres institutus est: datus est ei vulgaris substitutus: repudiat verò hereditatem patre invito, quæritur, Utrum pater eam adire possit, & adeundo substitutum excludere? Pro affirmativa militant,* Bart.Jason.Angel.Aretin. Soc.ad l.1. ff.de vulg.quos Alexand. Trentacinq.citat tract.de substitut. part.1.c.6. quibus adde Zasium tract.substit. tit. de vulgari. in puncto. 4. vers. At verò nos.Duar.in Comm.de vulg. substit.tit.de effectu vulgaris substit. c.10. Vasquius 1.de success.prag. §.5. n.17. idque argumento l. paterfam. 40.de her.instit. §.ult.Inst.de vulg. l.si quis filium.7. ff.de acquir.her.& per l.25. §.pen.ff.ad SC. Trebell.l.8.§.1. C.de bon.quæ lib. *ac denique ex illa ratione, quòd pater & filius habeantur una & eadem persona,* l.ult. C.de impub. & aliis substit. *Negativam defendunt* Alexand.ad d.l.1.de vulg.Gregor.Tholosan.in syntagmat.juris lib.42.cap.15. Don. lib.6.comm.c.24.Conan.lib.10.c.7.n.4. Dn. Hackelm. Quæst.illustr. disput.16.th.19.lit.a. fundamento l.1.& 2. C.de instit. & substit.juncta l.3.C.de impub.& aliis substitut. *quia voluntas ac dispensatio testatoris contrariæ legis dispositioni præferenda sit,* l. in conditionibus. ff. de condition.& demonstr. *Nos posteriori sententiæ, quæ substituto favet, album adjicimus calculum. Ad contraria argumenta respondet* Fach.4.controv.c.63. Hoen.disp.8.th.14.Arum. exerc. 8. th.10. *An verò tunc etiam quando heres institutus hereditatem adire*

haud

haud potest ob patratum delictum, substitutus hereditatem petere possit, dubii juris quæstio est. Exempli causa: Heres institutus, cui vulgaris datus est substitutus (scilicet si noluerit, vel non potuerit heres esse) delictum committit, propter quod hereditatem habere non potest: Utrum fiscus hic succedat, & auferat tanquam indigno hereditatem, an verò substituto locus præbeatur, quæritur? Fachin. 4. controv. c. 64. *arbitratur substitutum succedere, ex ea ratione, quia conditio substitutionis evenerit, & proindè hereditas non caduca fiat, sed ad substitutum pertineat,* ex l. un. C. de caduc. toll. §. cum autem. Auth. hoc ampliùs. C. de fideicomm. *Et hanc sententiam nos quoq; approbamus. Nec enim ob culpam heredis injuria fieri debet substituto,* arg. l. Papinianus. §. meminisse ibi, Cæterùm si id rogatus fuerit restituere, non debet injuria fieri. ff. de inoff. testam. Diff. Vasq. de success. progress. in præfat. lib. 2. n. 12. Bart. in l. 1. n. 26. ff. de vulg. substit. per l. si sequens. ff. ad SC. Syllan. l. in servitutem. §. Ei qui. ff. de bon. libert. l. recusare. §. si fisco. ff. ad SC. Trebell. Bartolum sequuntur ibi Imola, Alex. Jas. Socin. & alii in Trentacinq. annotati de substit. p. 1. c. 8. n. 1. Treutl. p. 2. disp. 11. th. 7. in notis sub fin. *qui omnes docent fiscum præferendum esse substituto, quibus in ipsa collatione respondebimus.* (d) *Fit enim vulgaris substitutio quibuscunq; verbis, tàm generalibus, quàm specialibus: Generalibus, ut si Titius heres non erit, Sejus heres esto, Modis enim quàm variis accidere potest, ut Titius hereditatem non adeat: specialibus ita, si noluerit, si non potuerit, &c.* Duar. de substit. c. 9. Setserus disp. 15. th. 5. *Exempla passim sese offerunt,* in l. 1. de vulg. & pup. l. 3. C. de her. instit. in pr. §. 7. inst. de pup. & in pr. Inst. de vulg. Latè deducit Treutl. d. th. 6. in notis. lit. a. (e) *Controversia est non de lana caprina aut glande legenda, sed de re magni præjudicii, Utrum substitutus vulgariter in unum casum, ut puta, si heres esse noluerit, succedat in alium casum, puta, si heres esse non potuerit? Et affirmativam quidem sententiam* post Guilhel Cum. in l. precibus. & Rayner. in materia substit. vulg. *tenet* Bart. in l. 1. ff. de vulg. substit. n. 14. & 15. Alexand. Trentacinq. d. substit. p. 1. c. 1. n. 25. Jas. n. 24.

Bart.

Bart. Socin. n. 13. vers. in substitutio vulgaris. Zas. n. 18. Dd. in l. Gallus. §. & quid si tantum, de lib. & posth. l. 3. C. de her. instit. l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posth. Gomez. tom. 1. c. 3. n. 10. Petr. Gregor. Tholl. in syntagm. juris. lib. 42. c. 11. n. 4 Dauth. tract. all. p. 586. n. 62. Dom. Arum. exerc. 8 th. 15. *Cæterum contrariam sententiam multi alij secuti fuêre, quos refert & sequitur* Mantica de conjectur. ultim. volunt. lib. 5. tit. 1. n. 3 *quibus junge* Duar. in comm. tit. de vulg. & pup. c. 11. quibus verbis fiat vulgaris, *& nonnullos alios, quos commemorat.* Alex. Trentacinq. loco superius annotato. Fachin. lib. 4. controver. c. 61. Joh. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de testam. §. inprimis. in ultim. addit. ver. quarta quæstio. Philip. Hœnon. controv. illust. 8. th. 13. Dn. Hackelm. illust. Quæst. disp. 16. lit. a. *Cui posteriori sententiæ textibus & rationibus probè munitæ, & nos adhæremus,* propter text. express. in l. si ita quis. ff. de vulg. & pup. subst. & l. qui heredi. 44. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonstr. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. *Contrariæ sententiæ argumenta adducit, & ad eadem respondet* Fachin. d. loco.

IV.

Effectus vulgaris substitutionis sunt quinque. *(a)* Facit enim 1. ut si institutus non adit hereditatem defuncti, substitutus admittatur. *(b)* 2. ut substitutus tantum consequatur ex bonis defuncti, quantum is cui est substitutus, consecuturus esset. *(c)* 3. Quòd testamentum à substituto vires accipere possit. *(d)* 4. Quòd contineat tacitam pupillarem facta in filio. *(e)* 5. Quòd de suo & necessario herede, heredem voluntarium faciat *(f)*.

(a) Bart. h. num. 18. *quinq; substitutionis vulgaris recitat: Alij insuper sextum addunt. Et* Zas. in tr. vulg. substit. *septem recenset. Verùm res in idem recidit.* (b) pr. Inst. de pup. Duar, d. c. 10. l. 3. l. 69. de adquir. her. *Ut autem conditio vulgaris substitutionis (si heres non erit) quoad institutum extitisse dicatur, neutiquam sufficit, ut is ostendatur non esse heres de præsenti, id est, quòd hereditatem non adierit. Neq; enim, si hereditatem institutus non*

 adie-

adierit, aut taceat, statim dicendum erit, sub[illegible] *sed oportet, ut certò constet de non existenti*[illegible] *tur, ut institutus jure communi* [illegible] *ordinari*[illegible]*, per re*[illegible] *alio modo omnimodò exclusus sit & plane* [illegible] *it esse p*[illegible] Gov.lib.2.c.25. Mascard.de probat.lib.2.c[illegible] Tiraq[illegible] de substitut. vulg. c. 4. n. 11. vers. tertia & ultim[illegible], *usq.* [illegible] *prior heres institutus hereditatem ex testamento adire pot*[illegible], *jure communi & ordinario, substitutus nequeat*, l.quam di[illegible]3 [illegible] quir.her.ibi Bart.& reliqui Dd. in suis tractatibus. Bart.[illegible] n.[illegible] tract.a[illegible]l.n.28.29. *ut late deducit* Dauth. in tract. [illegible] de test[illegible] n.114.& seqq. *ubi & fallentias adducit, easdemq́ refutat* [illegible] c[illegible] dispar.Instit.de vulg.& pup. *Et hujus Effectus ratione sub*[illegible] *heredi, qui coheredi est substitutus, nullo eorum adeunte utri*[illegible] *partem consequitur: verbi causâ: Titius & Sejus sunt her*[illegible] *stituti, Sejus coheres Titio est substitutus, huic Sejo sub*[illegible] *sus Sempronius: Si ergò Sejus non adit, Titius verò adit, Se*[illegible] *Seij saltem partem consequitur: Sin verò nec Titius nec S*[illegible] *eunt, utriusq. partem capit*, § 3.Instit.de vulg. ubi Wesenb n.[illegible] Mynsi.n.3.l.27.ff.eod. Duar.h.c.10. (d) l.3.ad fin. ibi gl. & D[illegible] niter.ff.de lib. & posth. Bart.h.num.20.Imol.n.8. Alciat.n.[illegible] Ripa n.161.(e) l.jam hoc jure.4.ff.de vul.& pupill. *& proin*[illegible] *itam hereditatem quoq. si filius intra pubertatem decedit,* [illegible]*res* [illegible] *bebit*. Schneid.in pr.de vulg.& pup.n.12. (f) *Veluti Filius de* [illegible] *Civili est suus & necessarius heres sui patris, licet d*[illegible] *jure* [illegible] *habeat beneficium abstinendi: Si tamen pater d*[illegible] *garem substitutum, taliter in testament*[illegible] *inquiens*: [illegible] *meum heredem instituo, & si is non erit here*[illegible], *Cajum* [illegible] *jam filius est voluntarius heres, ita ut non solum de jure* [illegible] *sed etiam Civili jus abstinendi habeat*, A[illegible] in l. [illegible] quarta, ff. de inoffic. testam. Dd. or[illegible]

Imol.

1. vol. ff. A c. n. 3 4 5. ubi bene probat, & magis communem esse testatur à qua recedendum non sit, Schneid. d. loco.

V.

Vulgaris Substitutio expirat aditâ hereditate per institutum (a) quod tamen fallit servo libero existimato substituto (b).

(a) l. post aditam. C. de impub. & aliis substitut. adeò, ut si quatuor vel plures Gradus substitutionis essent facti, omnes exspirarent, per aditionem primi heredis instituti. l. si mater 33. §. fin. ff. de vulg. & pup. quod in tantum procedit, ut hereditate aditâ, ipsius defuncti hereditaria bona, propria heredis instituti efficiantur, ut est gl. in l. veteris. in vers. per unum. ibi, tu dic. ff. de acquiren. possess de quo Dec. in l. hereditas 62. ff. de R. J. (b) §. fin. Instit. de vulg. substitut. l. 40. cum seq. ff. de hered. instit.

VI.

Substitutio pupillaris vera est (a) quando liberis impuberibus (b) in potestate existentibus (c) aut natis, aut nascituris (d) non modo heredibus institutis, sed & exheredatis (e) & quidem vel nominatim, vel generatim, in eum casum, si heredes esse noluerint, & intra pubertatem decedant, (f) per paternum testamentum (g) quis substituitur. *De substitutione pupillari.*

(a) Subdividimus pupillarem substitutionem in verè & quasi pupillarem. arg. §. quâ ratione. Instit. de pupill. Goedd. ad l. 162. ff. de V. S. (b) Oportet nimirum liberos impuberes esse per §. 8. & §. final. Institut. de pup. substit. l. 14. ff. de vulg. & pupill. l. si frater. C. de fideicomm. vide Wesenb. ad d. §. fin. Zasius tract. de comp. substit. n. 15. Cujac. 11 observ. 25. & lib. 11. observ. 27. & lib. 17. obs. 28. Donel. 6 comm. 25. Conn. ult. consl. 9. Vult. hic. fol. 259 Hoenon. d. disp. th. 20. Fach. n. 4. contr 44. Bronchorst. Ενα. 7. cent. 2. assert. 36. Arum. exercit. 8. th. 12.

Setser.disp.15.th.16.& seq.Treutl.d.loco.Diss. Gomez.1.var.[illegible] Vacun.4.declar.64.n.9.& 16. Don.d.c.[illegible]. *Ad quorum argumenta [illegible] pracitati Dd. abundè respondent.* (c) l.2.de vulg. *Requiritur [illegible] utroq; tempore, substitutionis nimirum & mortis, pupillus in [illegible] parentum sit constitutus, ad valorem pupillaris substitutionis* [illegible] coheredi 41. §.Cum filiæ. ff.h.t. *ubi particula* quoque *sat*[illegible] *illud alterum tempus, quo fit substitutio. 2. quoniam* in pr.[illegible] l.2.ff.h.t. *dicitur*, quos in potestate habent, *verbis nimirum* [illegible] *præsens non in futurum collatis.* 3. per l.si alienum. §.1.d. here[illegible] §.in extraneo.inst.de hered.qual.& diff. Don.6 com.25. Vigl.in[illegible] 6.pr. n.6.& 8. Duar.ad h.t. c.quæ sunt necess.vers. diximus. Covar.in c.[illegible] nutius c.5.n.6.extra de testam. Diss.vulgò interpp.per l. moribus [illegible] extraneum. ff.de vulg. Accurs.ibi. Connan.1[illegible] com.18.n.2.q[illegible]re-spondet Forcatul.31.dial.n.4. *Hinc non immerito matrem [illegible] pillariter substituere posse negatur. Fit enim pupillaris sub*[illegible] *tantùm, quos in potestate nostra habemus,* in pr.Inst de pup.[illegible] in pr.ff.eod. *At mater filios in potestate non habet.* §. fœ[illegible] de adopt. *Neq; ergò substituere poterit, cùm patriæ potest*[illegible] *cipuus Effectus, ut pater filio testamentum faciat, in ea ætate* [illegible] *ipsi testamentum facere nequit. Sed graviter obstat* l.si mater.[illegible] vulg. substit. *Verùm omnes ferè eam rectè accipiunt de* [illegible] *pupillari substitutione.* Wesenb.hic n.2.Vult.n.5 Broch.[illegible] 35.Sets.d.disp.th.18.Treutl.d.th.in notis.lit.e.Arum.exer.[illegible] 4 Hun. disp.8.th.18. (d) §. non solum.Inst.h.t. (e) §.Non solum.[illegible] subst.l.1.§.2.l.sed si plures.§. ad substitutos.ff.eod. *quod jure* [illegible] *vi*[illegible] *procedit, contra* Rimin.ad l.precibus,n.46 *Filio* [illegible] *rito neutro modo substitui potest,* Hottom.4.obs.20.Treutl.[illegible] Sets.th.20.disp.all.Arum.d.exerc.th.13. *qui ad contraria* [illegible] *det,* (f) pr.Inst hic.l.1.§.1.eod. *quod & locum habebit, licet* [illegible] *casus duntaxat sit mentio facta,* l.4.pr hic. *atq;* [illegible] *expressam continere pupillarem tacitam, & vice versa* [illegible] Myns.pr.Inst.hic.n.3.Don.6.com.26.Duar.hic.c.16.[illegible]

2.Vigl.

2. Vigl.pr.inst. hic.n.19. (g) l.1. §.3. hic. §.5.inst.eod, *Nam liberis suis testamentum nemo potest facere, nisi & sibi faciat.* l. 2. § prius. ff. de vulg.& pup. *Unde pupillare testamentum dicitur pars & sequela paterni testamenti*, l.pen. ff. quemadm. testam.aper. l. qui plures 38.in fin.ff.h.t. *adeò ut si patris testamentum non valeat, nec filij quidem valebit.* d.§.5.d.l.2.§.1. l. si quil.num. 16.in fin.ff.h.t. *Sunt ergò in pupillari substitutione duo quodammodò testamenta*, §.2.inst.hic. *non tamen necesse est, ut utrumq; uno & eodem tempore fiat*, l.16. §. 1. hic. *sed tùm una solennitas sufficit.* d.l.16.§.1.Duar.hic.c.14.

VII.

Pupillariter substituti ad omnia pupilli bona vocantur *(a)* & si hereditas adita sit *(b)* omnes alios legitimos heredes excludunt *(c)* adeoque etiam matrem *(d)*.

(a) l.6.& 10.§.5.hic. *adeò ut parentis quoq; hereditatem consequatur, si filius impubes decedens hereditati paternæ se immiscuerit*, arg.l. fin.C.de her.inst. Don. d.c.26. *unde ad æs alienum utriusq; tenentur.* l.28.de re Auth.jud. poss.l.50.§.2.hic. (b) l.2. §.1.vers. adeò.l.10. §.4.hic. *Hereditate verò non aditâ substitutus non admittitur, sicut & filio ad pubertatem aspirante*, l.14.l.43.in pr.h. *vel tempore mortis in potestate non existente*, l.41.§.2.de vulg.& pup. *vel apud hostes decedente*, l.28.l.10.§.1.ff de capt.postl.revers. *substitutio evanescit. Idem fit testamento paterno rupto aut infirmato.* l. 2. pr. l.16. §.1. hic.l. 8. §.5. de inoff.testam. (c) l.39. 70. ff. de acquir. her. l.89. de R. J.l.8.C.comm. de success.l.2.C.de impub.& aliis subst. (d) l. 45.de vulg.& pup.l.8.§.1. ff.de inoff.test. *Illud hîc non immeritò quæritur, An per expressam pupillarem mater à legitima ex bonis filij sibi debita excludi possit? Negantium parti subscribimus* propter textum l.neque per se.ubi Gl. C.de hered.instit.l.paterfam.ff.de hered. instit.l.impuberi. ff. de administr.tut. *Quam negativam Jus quoq; Saxonicum approbat*, part. 3. Constit.8.Elect.Saxo. *Consentit nobiscum* Lanfranc.Orian.in l.Centurio.num.58.vers.secunda conclusio ff.eod. Coras. in l.precibus. n.43. C.de impub.substit.Menoch. lib.4.præs.38.num.4.Ortholph.Foman.

 disp.

disp.16.th.5. Dn.Leop.Hackelm.d.disp.16.th.20.lit.c. Dist. Bar[illegible] num.31. ff.de vulg.& in cons. 8. Leon. in tract. substit. [illegible] de pup[illegible] 136.Gomez.1. variar.resolut.c.4.n.7 D[illegible]c. in [illegible] stam:Fachin.4.controv.42.Guid.Pap.q.[illegible]. Cam[illegible] Setser. disp.15.th.23. Tre[illegible]tlerus volum.[illegible] disp.11.th.9. p[illegible] §. sed neque impuberis. ff.de inoffic. testam. l.Luc[illegible]. ff. de vulg.[illegible] manitatis. d. l. precibus. C. de impuber & aliis substitut.[illegible] inoffic.testam.

VIII.

De substitutione quasi pupillari.

Quasi pupillaris (a) substitutio est, quâ parente[illegible] ris suis (c) vel mente captis (d) vel furiosis (e) vel pro[illegible] heredibus institutis (g) sive puberes, sive impuberes [illegible] (h) certas personas (i) in casum, quo heredes erunt [illegible] miserâ conditione decesserint (k) substituunt

(a) *Hæc dicitur quibusdam Justinianea, quibusdam etiam [illegible] le Exemplaris,* secundum Don.lib.6.c.23.fol.78. *Dicitur autem [illegible] emplaris, quia ad Exemplum & imitationem pupillaris sub[illegible] nis inducta est. humanitatis intuitu,* l.humanitatis 8.C de [illegible] aliis substitut. Schn[illegible]dvv. instit. de pup. substit. tit de Exempl[illegible] stit.n.1. (b) *Utriusq. sexus.* l.9.C.hic. *Nec enim consi[illegible] beri an sint in patria potestate, sicut in pupillari* d.l.[illegible] *quidem humanitatis ratione & ex commiseratione hic [illegible] modus introductus. Quod si verò eodem tempore [illegible] tantùm [illegible] valebit, qui filium in potestate habet* arg.§ 2.I[illegible] (c) *Naturalibus & legitimis simul, item legitimis [illegible] bus & neptibus, modo mortuo parente [illegible]* [illegible] loco, Wesenb. ad §. Inst. hic. n 3. (d) §.quâ ratione [illegible] pup. (e) l.ult.C de curat.furiosi. (f) Wesenb.[illegible] mez.1.var.resolut.6.n.4. (g) *Exheredatus [illegible] ter non potest substitui,* d.l.9.Nicas.ad d.§.quâ ratione [illegible] ad § 2.Inst.de pup.Dist.Duar.in c. 20. de vul[illegible] quâ ratione. (i) *primum liberos, deinde fratres* [illegible]

extraneos, d. l. 9. d. §. *... autem liberorum substitutio, si plures sint, reliquis querela competit* Vigl. ad §. inst. hic. Wesenb. ad §. 2. n. 4. Instit. de pup. Diff. Don. c. 27. in fin. (k) *Quid juris, si furiosus semel resipuerit, postea verò in dementiam reciderit, an substitutio reconvalescet? Neg.* arg. l. plerique 31. ff. de ritu nupt. d. l. humanitatis. Forcat. dial. 32. n. 3. Covar. in c. Raynutius. §. 7. Angel. in d. §. quâ ratione. Zas. de exempl. substit. in fin. Dn. Hackelm. d. disp. th. 22. lit. c. Diff. Don. d. c. 27. Vigl. in §. 2. inst. de pup. subst. Gomez. 1. resolut. 6. n. 11. per d. l. humanitatis. & l. pen. C. de curat. furios.

IX.

Compendiosa (*a*) seu militaris (*b*) substitutio est, quæ cùm plura tempora in se contineat sub verborum compendio plures substitutiones complectitur (*c*) qualiter milites actu militantes (*d*) suis liberis, vel puberibus vel impuberibus: (*e*) Pagani suis liberis impuberibus (*f*) verbis aut directis, aut communibus certam personam substituere possunt. (*g*).

De substitutione compendiosa.

(a) *Hujusmodi Substitutio est hæc: Instituo filium meum heredem, & quandocunque is decesserit, ei substituo Cajum; Quæ ipsa rectissimè compendiosa vocatur, siquidem plures substitutiones sub se continet, pupillarem, si in pubertate decesserit, vulgarem, si post pubertatem, & Exemplarem, si in furore.* (b) *Cùm ergò vera & perfecta compendiosa substitutio hasce substitutiones omnes sub se habeat, ac milites solummodò & puberibus & impuberibus ita substituere possint; Pagani solis impuberibus, ut ex sequentibus manifestum fiet, hæc substitutio à potiori, non absurdè militaris vocabitur.* (c) Bartolus in l. Centurio. ff. de subst. vulg. & pup. Panormitan. in cap. Raynut. de testam. (d) *Aliud est in Doctoribus, ut & caussarum, aut communibus patronis*, arg. §. ult. inst. de milit. testam. l. fin. in pr. vers. in tali. & §. 1. ibi, secundum leges &c. C. de inoff. testam. l. ult. C. qui testam. fac. poss. Don. 6. comm. 28. *solis enim militibus hoc licitum*, l. Centurio. ff. de subst. l. precibus. C. eod. *paganis non similiter.* (e) *Etiamsi sibi testamentum non fecerint*, l. 15. C. de milit. testam. l. 2. §. 1. ff. de vulg. & pupill.

Nec

Nec distinguitur, utrum liberi illi, quibus substituitur, sui [illegible] *emancipati*, l.4.l.41. ff.de testam.mil. *impuberes vel puberes*, [illegible] demilit.test.l.3.§.1.ff. de vulg.& pup. *sicut nec distinguitur*, [illegible] *filijs expresse substitutum sit, v.c. si intra vel post pubertatem* [illegible] *rint, an compendiosè, v.c. quandocunq; decesserit: semper enim* [illegible] *tutio legitimè facta erit: Et sive ut puberi, sive ut impuberi* [illegible] *neraliter ut filio, filio substituitur, filius siquidem in pubert*[illegible] *dit pupillaris substitutionis etiam de jure communi, sin verò* [illegible] *bertatem decedit, vulgaris substitutionis titulo, non quidem* [illegible] *Communi, sed militari, hereditas ad substitutum devolvetur* [illegible] turio.ff. de vulg. substit. c. si pater.de testam. in 6.Bart.in d.l.C[illegible] n.12.& ibi Bald.collat.1.Don 6.comm.25. Pachin.lib.4.c.44.D[illegible] mez.1.variar.resolu,.7.n.5. Vacon 4. declarat.64.n.6.& 16.pe[illegible] cibus. (f) *Pagani impuberibus liberis solummodò compendi*[illegible] *stituere possunt*, Schn.Inst.de pup.subst. *in tantum, ut si in*[illegible] *bertatem decedant, substitutio directa pupillaris vigorem habe*[illegible] *verò post pubertatem moriantur, substitutio exspiret*, l. in pu[illegible] ff. d. loco. *&* (g) *sive verbis directis, sive communibus (quæ q*[illegible] *ferant, declarat* Schneid. d.loco.) *substitutio fiat*, Schneid. [illegible] *Nam licet Pagani quoq; non modò obliquis, sed & dire*[illegible] *pendiosis verbis, suis liberis institutis, secundos heredes sub*[illegible] *sint, ut tradit* Schneid. d.loco. *eæ tamen substitutiones* [illegible] *fideicommissi titulo sustentantur*, arg. d.l.15. l. 9.& 10.C d[illegible] Scævola.ff.ad Treb.l.coheredi.§.cum filium.ff.de vulg. & [illegible] Bart.in d.l. Centurio.Dd.in l.civilib.ff.d.loco. *& proindè v*[illegible] *ræ ac genuinæ substitutionis naturam non habent, per ea, quæ* suprà th.2. *notavimus.*

FINIS.